

His itaque nostris largitionibus maius robur adducere volentes, commendabilem fratrem^{ddd} nostrum Waltrichum^{eee} diligenti providentia ad presentiam^{fff} patris nostri Romani videlicet pontificis Stephani^{ggg} cum legatis nostris direximus, rogantes, quatinus ipsum in Abbatem consecraret^{hhh}, caenobium vero sue auctoritatisⁱⁱⁱ immunitateⁱⁱⁱ confirmaret. Ita ut in rebus mobilibus et immobilibus, terminis scilicet vel possessionibus, sylvis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, venationibus, aut aliis quibuscunque commoditatibus Imperiali nostra largitione collatis, aut in futurum donatione^{jii} Regum^{jii}, collatione principum, Nobilium vel quorumcunque Christi fidelium conferendis, nullam^{kkk} molestiam, nullam prorsus exactionem^{kkk} ab aliquo sustineant; plantandi etiam^{lll} vellendi^{mmm} aut aedificandi in eisdem ecclesiaeⁿⁿⁿ allodiis villas^{ooo}, castra aut horum similia, nulla Ecclesiastica secularisve persona potestatem habeat.

Quo facile ac laudabiliter impetrato, redeuntibus ad nos legatis cum Abbate iam consecrato et duobus Cardinalibus, Paschale^{ppp} videlicet et Ioanne^{qqq}, a praedicto Papa ad nos directis in curiam principum, quam tunc temporis Wormatie^{rrr} celebravimus, praefatum locum Murrhart a nobis fundatum cum abbate, cum fratribus, cum omnibus suis pertinentiis coram supradictis^{sss} Cardinalibus, coram universis regni Principibus in nostram omniumque Successorum nostrorum protectionem solenniter^{ttt} suscepimus, pragmatica sanctione statuentes, ab omnibus hominibus omnia iura immunitatis^{uuu} a domino Papa et nostra Maiestate eidem caenobio concessa et stabilita, inviolabiliter observari^{vvv} et post decessum Abbatis de suo collegio alium secundum vite probatoris meritum eligere ac substituere. Propter multimodas vero vexationum^{www} occasiones, quae oriri solent ab Advocatis, protectorem in defensionem sui et rerum suarum pro arbitrio suo, iuxta quod sibi expedire viderint, potestatem habeant eligere, et eundem, si secus egerit et ius ecclesiae violare gravando attemptaverit, si aliter non possunt, auctoritate et auxilio Imperii remove. His omnibus ita ordinatis statuimus, ut, si aliquis dux, Episcopus, Marchio, Comes, vi-

ddd) patrem W. eee) Waldricum R. fff) *folgt* reverendi R. ggg) Stef-
fani MR. hhh) consecratione MW. iii-iii) auctoritatis emunitate et liber-
tate R. jji-jjj) *am Rand einkorr.* G. kkk-kkk) nullas molestias nullas
prorsus exactiones R. ll) *fehlt* R. mmm) evellendi R. nnn) ecclesiis W.
ooo) villis W. ppp) Pascale R. qq) Johanne MR. rrr) Vuurmaciae
M, Varmacie R. sss) predictis R. ttt) solemniter MW. uuu) emuni-
tatis W, emunitates MR. vvv) conservari R. www) vexationes et R.